

machina-Szene seine Überzeugung ausdrücken wollte, daß dieselben Menschen, die nun gegeneinander wüteten und sich in ihrem Haß nicht genügtun konnten, anständige Menschen seien, die in Verblendung gefangen seien: daß der Tag kommen würde, wo sie auf ihr jetziges Wüten verständnislos und voll Entsetzen zurückschauen und sich gegenseitig die Hände reichen würden.

*Received, 14. VII. 1988.*

SILVO KOPRIVA  
Ljubljana  
Resljeva c. 13/I

UDC 871—1 (497.12)

#### POLETJE—AESTAS

Aestas nunc patriae, en adest amatae.  
Sol terrae radios serit calentes,  
Nunc en pingua sunt r o s i s vireta,  
Maturas segetes vaga aura perflat.

In dumis avium cohors quiescit,  
Inde non penetrat melos canorum.  
In prato pila liberos relaxat;  
Pristinorum ego verum eram memor tum.

Campanae sonuere tunc canorae,  
Harum vox fluit excitans per auras:  
Hac die celebramus, en, Mariam;  
Salve, augústa parens, Maria Virgo!

Quorum iam reminiscor, haec fugentur,  
Solandus properem misellus ad Te!  
Mater mira, Maria, nostra salve,  
Tu regina potens, ave, benigna!

*21. XI 1988.*

SILVO KOPRIVA  
Ljubljana  
Resljeva c. 13/I

UDC 397.83=03.71

## MAMA, MAMICA — MATER, AH, MATERCULA

(Carmen popolare ex Rezia)

Mater, ah, matercula,  
semper arces quidpiam.  
Arceas si me quidem  
Quin bacillo ferreo,  
me non impediveris:  
Totiens vós adíbo ego,  
ut viamque et semitam  
ad vos sic mihi parem,  
tandem eam tibi auferam  
hanc pulchram rosam tuam.

UDC 886.3—1=03.71

## V PARKU — IN HORTO PUBLICO

(Rado Bordon)

Aútmnó solús gradiébar públicó in hórto.  
Áscendó scalís néscio quíd meditáns.  
Audio tum strepitum, quem mittit serica vestis,  
Obvia mi facies, en, speciosa venit.  
En, eiusce comas lenis movet aura puellae,  
Refulgent oculi lumine solis eï  
Obtutusque eius paulisper me attigit ipsum,  
Pes eius prope me praeteriit volucer,  
Ut flori solís tum inclínatúr caput eíus.  
Uxoris puerae et — hoc ego dico mihi —  
Témpore, náturá decus ínterit átque abolétur,  
Indicium nullúm út maneat decoris,  
Ah, quoque blandos hos oculosque supercillii arcum  
Vermes corrodent immiserabiliter.